

118 121
S^{pl}. Reverende et Doctissime Vir, Quomodo mihi nihil molestius fuit, quam Dⁿ.
Hollingeri factum de candore meo opinionem proferri avariorum et apostolorum esse: ita nihil
mihi loculentissimis testimoniis vestris gratius accidere potest. Desinam itaque in posterum
tactiofum illud negotium morere. Omnibus calumniis vestram opponam auctoritatem. Confes-
sio mea mihi erit alienus. Multi me modis Carissimo, et venerabili Dⁿ. Decano
vestro, et doctissimo Dⁿ. Habero (quibus plurimam a me salutem) devinctum agnosco. Hi forte
narrarint fabulam, bonorum tamen virorum officio diligentissima defuncti sunt. Nec magnum
damnum reputo, unius amicitia jactura, plures amicos, eosque fortissimos fidelissimisque ac-
quirere: quorum favor, et episcopi benevolentia utinam neum semper responderet studium.
Omni autem ope annitor, ut re ipsa, animum mihi nunquam defuisse, experiamini. Occasio
nem novam, id praestandi, vos ipsi mihi offeritis amplissimam. Alumnos quippe Vestros propono
cura mea vultis conceditis. Certissimum optima de me spei vestre indicium. Propositi
forte non inutile futurum. Hactenus enim grati et religiosi mihi cum ipsis subsisten-
dum fuit. Nunc demum, primis difficultatibus peremptis, ad interiora et altiora ingredi
licebit. Consilium tuum de frequenti exercitio epistolico vehementer approbo. Nihil enim
luculentius ad consequendam styli puritatem viam pandit et concinnat, nihil virum datum
magis ornat, quam praclara et elegans Epistola. Ab hoc ipso igitur momento eos saluti
in hoc studii genere exercebo. Profectum proxime, cum tunc, videbit. Calania abs te
Dⁿ. Admota esse gaudeo. Admonebo et ego. De novo foedere Gallico tecum sentio. Quid
quid tandem deernatur, quaeunque conditiones ferantur, frustra laboratur. Rego multa
promittit, multa promittunt nobis: nihil praestatur. Exempla praestitorum temporum hoc
non tantum testantur, sed etiam clamant. Quales sint Artifici nunc non disputo. si fun-
damentum sit a Religione orthodoxa alienum, qui ea, quae illi superstruuntur, Deo gratia
esse possint, non video. Aliena libidinis servos nos facit hoc foedus. Libertati Helveticae
inimicum est. Utinam piorum Majorum vestigiis insisteremus! Omnes agnosimus, tale fo-
dus periculosum esse. Cur ergo, quae periculi plena sunt, splendidis titulis ornamus? Cur illis
de quibus Deo et h^{is} h^{is} h^{is} nobis reddenda ratio est, praesentissimo periculo
objicimus? Experientia docet, nec Gallum, nec nostros milites naturam ingeniumque
mutare. sunt quidem, qui sperant, Gallum praescriptas conditiones, vel potius oblatas, non
esse accepturum. Hoc ipsum multos bonos maxime reddit felicitos. Vix enim deerunt, qui,
studio Litigero gratificandi, omnem lapidem movebunt, ut ei in omnibus satisfiat. Res
nostra eadem semper loco sunt. Nostorum quoque vicinorum insolentia in dies crescit.
Hi odiosa procrastinationis fructus sunt. Deus meliora! Haec Galvi, quae ad tuas gratissi-
mas responderem. Saluta venerandos et charissimos vultuos, vos officiosissime.
Eulepis et schola vestra diu vive, et me amare perge. Tiguri, III. Calend. Septembris,
An. 1656.

Rever. tua

devotissimus

Joh. Casparus Jovicyus.

Reverende et Doctissime Viri, Dⁿ.
Balthasar Hugger, Gymnastus Langenseldensis, et
et Westi Minister dignissimus, Frater in Ch^{ri}.
suo plurimum colendo.

Langenseld.

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or Italian, covering the upper two-thirds of the page.]

[Faint handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a short note.]

[Large area of very faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

idem fidelis suo debari possent pariter. iudicium et flen
ans, me, meaque studio furori suo diligenter commen
et reliquis in Christo Patribus Fratribusque saluten
m. Signi, VI. Calend. Octob. M. DC. LVII.

¶

fol

ca.
inda-
ibis
Rim
tan-
y Sule.
atio-
nes
Johi
m
pbi
am,
pudio
andis,
al
horiba
con-
bora-
huz:
enfis
rotis,
lii
sem
ti-
vi-
ale,
per-



